

hominis, & non personam amantem. Ista quoq; vir-
tus verum demonstrat amicum. Quid enim diuitis
non potes scire, paupertate scies o homo. Illa vero
certosque retinebit amicos. Discedunt vtiq; qui non
te, sed tua sequebantur. Non enim sunt fideles in ami-
citia, quos minus aut gratia copulat. Nam cito defe-
runt, nisi sape acceperint. Dilectio namque que pecunias &
minere glutinatur, eo superfluo disoluitur.
Vera amicitia eadem oculo recipit diuitem amicu-
& mendicum, fortem & debilem, sanum & agrum,
humilem & sublimem. Hac etiam virtus cupiditates
edamat, & vincit. Non enim potest nisi voluntaria
paupertate restringi cupiditas. Qui seruus Christi se-
mel effectus est, non erit mammone famulus, cuius
cerne ex voluntaria renunciacione fit Dominus. Illa
enim vt fugientem sequi, ita fugere consuevit sequen-
tem. Mens vero pecuniae auida, cupiditas est serua,
qua nec abstinere nouit a veritate, nec gaudere con-
cessis, nec pietati adhibere consensum. Angustia ex
abundantia, triflatur & constringitur ex opulentia.
O ignis inextinguibilis, cupiditas infatibilis quis
vnguam primo voto fuit contentus, quem adipisci-
tur, quod optauerat. Desiderat ampliora, in habendis
semp, & nunquam in habitis finem constitut. Sem-
per amor nummi, quantum ipsi pecunia crescit. Ipsa
paupertas etiam spiritualibus donis se amplectetem
diuitem facit. Qui nanque carnalia & terrena pro-
pter saluatorem nostrum dimiserit, recipi spiritu-
alia, qua comparatione & merito sui ita erunt, quasi
pro uno centenarius numerus cōparetur. Non enim
sanctus vir ideo terrena deferit, vt hic in hoc mundo
possidere multiplicius posset, sed per centenarius
numerum, qui à Domino pauperibus omnia relin-
quentibus pollicetur, perfectio designatur, quia si
quis propter Dei nomen temporalia contemnit, hic
perfectionem mentis recipit, vt ea non appetat, qua
contempsit. Centies vero recipit, quod dedit, qui
perfectionis spiritum accipie terrenis non indiget,
etsi hac non habet. Non habet hac promissio aliquid
temporale, aut terrenum in se, sed promittit saluator
quædam spirituales consolationes, & primitias spiri-
tus, qua super mel dulces sunt, & omnibus transtuto-
riis gaudiis iucundiores, atque quodcumque desideratur
in seculo hoc nequam, ita non valet comparari.
Hæc virtus imitatorem Christi efficit eum, qui ipsam
præcelegit. Ipse nanque Dominus ita pauper fuit, vt
veniens in mundum non in sua, sed aliena domo na-
sceretur, viuens non haberet vbi habaret, nec moriens
vnde nuditatem suam tegeret, nec mortuus vnde
involueretur, nec sepulcrum vbi mortuum cor-
pus locaretur. Et licet in his omnibus præcipuum pauper-
atis nobis exemplum preberuit, in nativitate tam-
en hoc abundantius exhibere voluit ipse Dominus
noster, de qua per quandam sic dicitur. O amanda, o
admiranda dignatio, Deus immensa gloria, vermis
contemptibiles fieri non despexit, Dominus omni-
um, conseruus videri voluisti, parum tibi visum est
te nobis patrem esse, etiam frater noster esse digna-
tus es. Et tu Domine vniuersorum, qui nullam habes
indigentiam, inter ipsa tua necessitatis initia non
horruisti abiectissime paupertatis degustare incom-
moda. Ut enim ait scriptura, tibi quam nascereris,
non erat locus in duerlorio, nec cunabula, que tene-
ritudinem tuam acciperent, habuisti, sed in vili præ-

pio ferdentis stabuli tu, qui terram palmo concludis,
involutus pániculis reclinatus es, & hoc ipsum à bru-
tis animalibus mater tua mutuo accepit. Consolami-
ni igitur cōfolamini, qui in fôrdibus paupertatis enu-
trimi, quavobifcius est Deus in paupertate. Non cu-
bat in deliciis pléddi cubilis, nec inuenitur in terra
sua uiter viuentu. Quid ergo gloriari s̄ diues res lu-
tea in volatario leeti p̄t & delicati, quum rex re-
gum suo recubita stramenta pauperū honestare ma-
luerit. Quid dura strata detestaris, quum teneri infantu-
lus, in cuius manu sunt omnia regna, tuis sericis &
plumeis lectis duris iumentorum tipulas prælege-
rit. Damnauit neippe in stabulo pauperi huius
mundi honores, pompas, & vanitates. Insuper deli-
cias, mollicias, & carnis delectationes, similiter diui-
tias, abundantiam temporalium, & superfluitates. Et
quum esset diues in omnibus, factus est in hoc mun-
do omni pauperimus, ut quām magnū esset bo-
num paupertatis virtus, prius ostenderet exemplo,
quām verbo, quam etiam poëta commendaturus era-
rat. Acquirit postremo hæc beata & spiritualis paup-
ertas cœlorum regnum. Beati (inquit Dominus Ie-
sus) pauperes, quoniam vestrum est regnum cœlo-
rum. Matthei 5.
Vnde tibi o tu, qui egenus propter Christum fa-
ctus es, non dispiceat paupertas tua, nec te frangat
egertas, vel temporalium penuria. Vis cognoscere,
quā locuples sit. Cœlum emit. Quibus thesauris
conferti potest, quod paupertati videimus indultum.
Ut ad regnum cœlorum veniret diues, possessione
sua obtinere non potuit, nunc pauper obtinet, vt
pertinet. Bonum est igitur cum dispensatione fa-
cultaes pauperibus erogare, sed melius est pro in-
tentione sequendi Dominum insimul donare, & ab-
solutum sollicitudine egeret hic cum Christo, & post
hanc vitam regnare cum ipso.

*De vilitatibus paupertatis, & ad quantam
perfectionem animam deducat
ipsa virtus.*

C A P. I I I.

Vum de paupertatis effectibus in precede-
ti capitulo dictum sit, nunc duce Dei sa-
pientia de ipsius vilitatibus, & ad quantā
prouechat perfectionem animam referan-
dum est. Valet nanq; ad quatuor specialiter, que tri-
pliciter distincte præfigurantur pro magno sui valo-
re, miraque pulchritudine per illas duodecim præful-
gidas gemmas in portis novis Hierusalem descendē-
tis de celo positas. Designatur etiam per duodecim
lapides preciosios in typico rationali quadruplici or-
deratione distinctos, in quibus nomina tribuū duodecim Israël Moses legitur descripsiſſe. Valet enim
hæc, de qua loquimur præfulgida margarita & ligu-
lati paupertatis virtute, ad exterminium iniquitatis,
ad exercitum perfectæ virtutis, ad publicationem
Euangelicæ prædicationis, ad possessionem perfectæ
iucunditatis & contemplationis. De quibus omnibus
in sequentibus diligenter dicetur. Efficax primo est ad
exterminium iniquitatis tripliciter. Primo proper
expiationem culparum perpetratarum. Est enim ca-
minus purgans & eliminans fortes vitorum, iuxta
illud Esai. Collige te in camino paupertatis. Hoc nāq; Elai. 48.
patet in Lazaru mendicō, & diuite epulone. Purgavit
enim ignis in opere pauperē vicerōsum, & diuitis bona
remu-